

52. F. 3.

Επιθετικός

IN C. SVETONII
TRANQVILLI
AVGVSTVM,

DIA TRIBE
IX.

Quam in Vniuersitate
Argentoratensi,

preside

MATTHIA BERNEGGERO,
Professore Historiarum
Ordinario,
A. d. 28. Martii.

Publicæ disquisitioni subiiciet

HIERONYMVS HAIDIUS,
Austrius.

Οὐρανοῖς στέγησε.

ARGENTORATI.

Prostant in officina WILHELMI-CHRISTIANI
GLASERI, Academæ Typographi. Anno CHR.

M. DC. XXXIII.



VIRIS

GENEROSIS, STRENVIS,
NOBILISS.

DN. IOHANNI SOCKIO, Sacrae Cæsi Regiaeque Maiestatis Consiliario, Eiusdemque Cameræ Cremniciensis Praefecto grauissimo.

DN. STEPHANO MOSLEHNERO, Sacrae Cæsi Regiaeque Maiestatis in Camera Nouisoliensi Administro meritissimo.

DN. HERMANNO ROTH à ROTHENFELS, inclytæ Cameræ Cremniciensis rationum Magistro eminentissimo.

Mæcenatibus ac Patronis meis, omni submissionis genere afficiendis :

N E C N O N

REVERENDO admodum, Clariſ. Excellentiſ.

DN. M. IOHANNI VRLSPERGERO, Ecclesiæ Cremniciensis Pastori supremo, Gymnasiarchæ vigilantissimo, Fautorii eximiæ veneratione colendo :

I T E M

Consultissimo Prudentiſimoque

DN. FRIDERICO ARTZ, Sacrae Cæsi Regiaeque Maiestatis apud Cameram Cremniciensem Administro Spectatissimo :

Dominis Patronis, Fautoribus, omni obseruantia, ac obsequii cultu perpetuo afficiendis ,

Hoc exercitium academicum L. M. Q.
dicat, consecrat Resp. iisdemque

S. P. D.

MORTALIVM conciliandi animos, ad viſumque ſuum
adiungendi, næ fraud talis, magni mei Patroni, Tullio teſte,
candida cenſenda? ad quam cū virtus, tū prudentia etiam ad-
dantur. Etenim nemo neficit, & leuiter qui præteriorū reco-
gnoscit exempla, impendio Tito amori deliciisque generis
humanī, Scipionique Africano magnæ laudi eſſe datum,
quum illi ad promerendam omnium voluntatem plurimum ingenii, artisq;
ſuperuerit; huic ea comitas, naturalisque dexteritas, vt barbaros ac hostes in-
fensissimos facunde alloquendo ſibi conciliarit. Hæc igitur, atque alia peni-
tius conſiderant, viſus ſum mihi ad ſimilitudinem, veſtrum promereri adfe-
ctum; quanquam feciſsem diu, nī rei grauitas me deterruiſſet, quam ambien-
do magnorum virorum fauore, quorundam tenuitati inuida fortuna præ-
ſtit: ea quippe, vt res cunctas ex lubidine magis, quam ex vero celebrat, ob-
ſcuratque, item facit, vt quidam benevolentiam mereantur, quidam habe-
ant, ſicque inclinatio in hos, offendio in illos exiſtat. Sed hancce exemit dubi-
tationē singularis veſtra humanitas, quæ paſſim apud veſtrates celebratur, vt
nullus addubitem, Vos eam affectionem, quam vtique ambo, mihi præſtitu-
ros. Quod præſumptum teneo in Te, Strenue Dn. Sock, pierate, industria,
viſuque rerum multiplici, & auſtoritate Eminentissime, qui conſilio, opera-
que inclyram Cameram, magna cum laude foues, regis, cuius dexteritatem
optimi quique ſuſcipiunt, cognati liberalitatem exofculantur, omnes beni-
gnitatem admirantur. Nec veſtræ facilitatis ita ignarus Nobiliſimi Domini,
Domine Moslehnere, incomparabilis literarum, literatorumque Patrone, tu
non tantum honores maximos, & adeptus es facile ac egregie, ſecundaque
fama administrasti, ſed ſubinde Cameræ Nouifoliensi, & bono publico, non
minore iuſtitia quam omnium cum emolumento præſes: ita tu Dn. Roth, à
Rothenfels, præcipuum Cameræ Cremniensis conservandæ, augendæque
instrumentum, virtute eloquentia apprimè conſpicuus, tua in diſcillimis de-
liberationibus eximia prudentia, inque rebus expediendis grauiffimis indu-
ſtria, coniuncta cum incredibili humanitate, mihi & aliis probe nota eſt. Ic-
cīcō ſterit ſententia, nihilominus, vel pandendo actuum meorum ordi-
nem, vel quoquo modo, deterſo omni adulacionum fuso veſtram gratiam
aucupari. Præcipue forraſis noſtis, meam profectionis inſtituendæ molitio-
ne, adeoque quā alterius terræ humanitatem ſuſpirarim. Enimuerò non
nullorum, tum Reuerendi admodum, Cl. Domini M. Vrlſpergeri Ecclefia
veſtræ luminis eximii, qui ſemper mihi factum voluit, euenit hortatu, vt
Parentes, quosque eorum loco iure veneſor, ſic ſint perſtaſi, glebae Hungariae
aſſixum, aliquando ablegare in eas terras, quæ mutare rudem valerent. Nec
eccedit res aliorum, quum exacto admodum biennio ad Ciuitatem Argen-
toraten-

toratensem, Deo pandente viam, appulisse, ubi præter alia videndi, audiendiq; dignissima, eruditio quoque consummata sui retinet estimationem: ea de causa ratus, non tantum præsenti vita mihi fruendum, verum in longius consulendum esse, iis me salutis rei literariae præsidibus auctum applicans, qui non adloquio solum, etiam tacentes, instar incentiu*m* iuvenilem discendi calorem animarent. Quorum omnium principem tenet locum (quid enim beneficia reticendo meipsum fraudem?) Clarissimus Dn. Matthias Berneggerus, Præceptor meus omni obseruantia iugiter suscipiens, is equidem yage erranti per hanc ciuitatem hospitalios præbuit lares, mensaque beatuit, verum quod semper mihi fuit, critique palmarium, nullo non tempore nunc ante docendo, face salutarium monitorum prælucendo adest: ut ultrò se suggesteribus causis, tum incitatissimo discendi tempore, neue fraudi sit mora, quam non expetunt tempora mea, maturandum esse putarim, nec longiori comperendinatione differendum exequi studiorū pensum; cum probe sciām, dubitando & dies prolatando magnas corrumpi opportunitates, adeo què turpem ridiculamque rem esse elementarium fēnem: suborta fiducia tradere me consiliis Dn. Berneggeri volui, quæ etsi in omnibus rebus plurimum valeant, tamen in studio suscipiendo maxime. Edoctus, post creperam & ancipitem deliberationem, quid faciendum mihi, qua via insistendum. Dehinc confessim iis studiis, in vsu actione que ciuitati palmam habentibus me mancipauī, sedulo reputans, satius esse fauorabili quam iniuisa rei vacare, quotus quisque enim tam patiens, vt velit discere, quod in vsu non sit habiturus? quippe tralatitudine illud Taciti prudenter ciuitatis magistri cum studere nos iubet, non vt nomine magnifico segne otium velemus, sed quo firmiores aduersum fortuita Rempub. capessamus, quæ alias multis Virtutibus opus habet, quibus velut anchoris hæc nauis firmetur, varia prudenter, qua velut clavo gubernetur. Porrò hæcce Prudentia præterquam ex Historiis, id est, vt ille, acerrima mente Tubæ pacis autor habet, ex ipso fonte ciuitatis prudentia cum sit petenda, paulo propius ad easdem gradum sustuli. De quibus vt facilius credatis, Diatriben hanc limatam, exactitatemque, academico publicè disputantium examini, pro ingenii arenis exilitate propositam videte. adprobate. Sed superiorum quæ occupauit dicere non nescius, fauori, beneuoloq; adfectui velificari non desistam. Quapropter vobis Viris genere genioque generosis, hanc Diatriben dico, sacroque, ea obseruantia nominis vestri sit vades ea quoque grata animi significatio. Denique nihil amplius quam Deum salutis vestre præsidem compreco (hoc enim voti mei caput est) vt vos conseruet, semperque præstet in columnis quo magis in hisce temporum vicissitudinibus, & vt eum Aristoph. omnia supera, infera reddit Iupiter altitonans vigilē operam Ecclesiæ conseruandæ Reipublicæque gnauerit impendatis. Scriptum Argentorati, m. Martio, Anno reparatæ Salutis M. D. C. XXXIII.

G. N. R. & P. V. D. D.

addictissimus

Hieronymus Haidius.

MICHAELI WENGERO,

Viro Generoso Nobilissimoq;

MATTHIAS BERNEGGERVS

S. P. D.

Eacio libens, eximie virorum, ut Haidium nostrum domuitionem parantem, & secundioris itineris omine votoque, quo vel in primis in obsecisis undique militari latrocinio viis est opus, & his præterea ad te literis prosequar, quæ non spem tibi, sed rem ipsam exhibeant. Cum enim abhinc biennio, uberior excolendi ingenii gratia nostram ad Academiam ablegatum, & ipse, & præterea veteres amici, viri spectatissimi, Georgius Ulricus Reutterus Senator, ac Gabriel Leporinus Archigrammatens in Republ. Schemnicensi, paterno prorsus affectum mihi vestrum huncce commendassetis; sane quidem ex alloquii primi modestia, ex amabilitate morum, ex ore vultuque ipso præclara omnia minante, proclive mihi fuit, quod euénit hariolari: verumtamen in hoc adolescentia lubrico, & ea sæculi ad omnem licentiam prolapsi corruptela, vel ab optima quauis indole, nil certi

) : (3 pro-

promittere fuit. Nunc dum præteruectus istas
ſyrtes & Syrenum scopulos, enauigato feliciter
Academicæ vita pelago, patriæ ſeſe reddit, or-
namentum eius ſingulare, familiæ decus atque
præſidium inſigne futurus, equidem hanc iſtis
moribus iſtoque ſaculo raram felicitatem ex
animo vobis habeo gratulandum: quam ad
promouendam utinam à mea tenuitate tan-
tum opis, quantum debuisse ſentio, conſerri po-
tuifſet. attamen bene eſt, quod indeſes egregii
Iuuenis ad faciendum officium ultro prona,
monitore non magnopere indiguit: quodque
præterea ſapienter à nobis ipſis eſt prouisum,
ut neſi vellet quidem, expectationem veſtram
deſtituere facile poſſet. Hinc enim peregrina-
tionis ac ſtudiorum ei ſocios adiunxitis ado-
leſcentes exempli rariſſimi, Michaelem- Io-
hannem Moslehnerum, & Samuelem Scri-
berium, ut patriæ communione, ſic morum in-
geniorumq; ſimilitudine iunctiſſimos: qui dum
ſibi mutuum pietatis, probitatis, aſſiduitatis ex-
emplū præbent, accedente præſertim Achat & fi-
diſſimi Iohannis Kempii quotidiana conſue-
tuine; nec ab Academicā licentia, quam in-

epte

eppe libertatem appellant, nec abulla corrupti
sodalitii peste, quicquam erat periculi metuen-
dum: quin potius eis solummodo sese familia-
riter applicantes, quorum conuictu meliores
doctioresque redderentur, omnibus bene agen-
di, bene audiendi partibus egregie perfuncti,
hoc laudis obtinuerunt, ut interprincipua no-
stra Vniuersitatis ornamenta suo merito con-
numerentur. Quorum ne facile cum bene-
uolentia memoriam abiiceremus, erectis in
publico studiorum atque doctrina sua monu-
mentis ipsi cauerunt. Ac Haidius quidem
non sat habuit, eruditam de bello ciuili diſser-
tationem suam, tibi prater alios inscriptam,
in Academico congressu, nuper egregie propu-
gnasse: verum etiam hoc addito Suetoniane
diatribae quasi superpondio, sese commenda-
re voluit. quod ut non ingratum habeas o-
ro. simul & illud qua par est reuerentia peto,
cum eximios illos viros, quorum praescripto
nomine frontem huiuscē diatribes honestauit
Haidius: tum etiam quos honoris causa no-
minaui, Reutterum generum, ac Leporinum,
itemq; nobilissimum Balthasarem Friesovvit-
zium,

zium, cum Affine meo Iohanne Stockero,
viro optimo, meis verbis officiosa salute per
occasione*m* impertire digneris. Hi namque so-
lis sunt, quos isthic in hoc tempore nouerim. A-
lli, quorum notitia ac familiaritati me prima
iuentus admouit, cum à patria calamitati-
bus oculos abducturus, in contubernio Iohan-
nis Steinbergii ac Danielis Etzingeri, oras
istas incolerem, ut audio mortalitatis legem
iam expleuerunt. Equibus Erasmi Fischeri,
Georgii Iohannis Zalvveiniorum patris fi-
liiq, Georgii Freiseisen, Io. Klocker, Abraha-
mi Vnuerzag iam olim condiscipulatu in hac
Academia, & fraterna quasi necessitudine
coniunctissimi, Caspari Liechtenbergeri, Ioh-
annis Pichleri, Hiobi Waldneri, qui primus
Geometriae cognoscenda ductor autorq, mihi
fuit, horum inquam omnium iucundam san-
ctamquere recordationem non nisi cum vita de-
ponam. Opto, posteris eorum, si qui sunt, bene
esse, vestramq, patriam una vobiscum, omni
felicitatis genere largissime cumulatam, per-
petuoque florentem, à Deo seruari. Vale. Per-
scriptum Argentorati, d. 26. Martii, an-
no a N. C. M. DC. XXXIII.

G. SVETONII TRANQVILLI AVGVSTVS.

CAPVT XXVIII.

DE (a) reddenda Rep. bis cogitauit: primo post oppressum statim Antonium , memor obiectum ab eo sibi saepius, quasi per ipsum staret ne redderetur : ac rursus (b) tædio diuturnæ valitudinis : cum etiam (c) magistratibus ac senatu dominum accitis (d) Rationarium imperii tradidit. || Sed reputans, & (e) se priuatum non sine periculo fore, & illam plurium arbitrio (f) temiere committi, in retinenda perseverauit : dubium (g) euentu meliore, an voluntate. || Quam (h) voluntatem cum præ se idemidem ferret, quodam etiam edicto his verbis testatus est. (i) Ita mihi saluam ac fôspitem (k) remp. sistere in sua sede liceat, atque eius rei fructum percipere, quem peto, ut optimi status auctor dicar: & moriens, ut feram mecum spem, mansura in vestigio suo fundamenta Reip. quæ iecero. || Fecitque (l) ipse se compotem voti, Nîsus omni modo (m) nequenoui status pœniteret. || Vrbem (n) neque (o) pro maiestate imperii ornatam, & (p) inundationibus incendiisque obnoxiam, excoluit adeo, vt (q) iure sit gloriatus, marmoream se relinquere, quam latericiam accepisset. || Tutam (r) vero, (s) quantum prouideri humana ratione potuit, etiam in posterum præstítit.

NOTÆ IN CAPVT XXVIII.

Num. I. (a) De reddenda Rep. bis cogitauit.] Intellige r̄d cogitauit

SVET. AVG. CAP. XXVIII. *Consilium redd. Rep.*
uit cum effectu: nam alioquin & simulauit ipse semper, se Rempub. velle
reddere: & tandem, vt posset, optauit non simulare, sed ex animo, si fides vl-
la ipsi habenda. verba eius extant apud Senecam, in lib. de breuitate vita,
cap. 5. Diuus Augustus, cui dii plura quam vlli præstiterunt, non de-
sif quietem sibi precari, vacationem à Repub. petere. Omnis eius
sermo ad hoc semper reuolutus est, vt sibi pararet otium. Mox. In
quadam ad senatum missa epistola, cum requiem suam non vacuam
fore dignitatis, nec à priore gloria discrepantem pollicitus esset, hæc
verba inueni. sed ista fieri speciosius quam promitti possunt: meta-
men cupid temporis optatissimi mihi, prouexit, ut cum rerum læ-
titia moretur adhuc, perciperem aliquid voluptatis ex verborum
dulcedine. Suetonio reddere Remp. est quod pluribus Dio lib. 53. pag.
570. c. 574. c. dicit, restituere populo & arma, & leges, & prouincias,
& reditus. Sic apud Senecam possidere Remp. Casaubonus. Apud
Dionem lib. 52. de reddenda ab Augusto Repub. extant orationes duæ con-
traria, suadentis Agrippæ, disuadentis Mæcenatis: quæ sententiarum diuer-
sitate fluctuanti, Virgilium persuasisse retinendum, autor est in eius vita
Donatus. nontam absurde, quam viro docto videtur. Nam & qua gratia
valuerit apud Augustum ille poëta; & quid hac natio consiliis politici extra
ordinem saltem adhibita posse, etate patrum exemplo Buchananus, &
nostra Taubmani, constat. Porro pro cogitauit, Freinshemius coniicit legen-
dum dubitauit, quomodo Tacitus 4, 57, 6. 6, 46, 1. 13, 50, 1. H. 4, 63, 1. & Cur-
tius 4, 10, 16.

Ibid. (b) Tædio diuturnæ valitudinis] Septimo suo Consulatu, vt
narrat Dio initio lib. 53. nisi aliquis malit ad eareferre quæ in XI. consulatu
gesit. de quibus Dio in eodem libro extremo. Casaub. De valitudine, hoc
est infirmitatibus Augusti, infra cap. 81.

Ibid. (c) Magistratibus ac senatu domum accitis] Dio lib. 53. fn. ma-
gistra tibus, & senatorum equitumque primoribus ad se conuocatis.
Errat igitur vir eruditus [Torrent.] cum emendat magistr. è senatu. Ca-
saub.

Ibid. (d) Rationarium imperii] ita dictum, quod rationes in eo publi-
ce continerentur. Autor infr. cap. 101, 7. vocat Breuiarium imperii: & in
Vespaf. 8, 11. Instrumentum imperii. Tacitus explicat ac describit An-
nal. I, II. cum prolatum à Tiberio libellum scribit, quo opes publicæ
continebantur: quantum ciuium sociorumque in armis: quot clas-
ses, regna, prouinciae; tributa, aut vectigalia, & largitiones ac necel-
litates. quæ cuncta sua manu prescripsérat Augustus. Appianus talem
librum

Consilium redd. Reip. SVET. AVG. CAP. XXVIII.

librum in fine prefationis ad Hisfor. Rom. promisit. Ultimus liber, inquit, habebit copiam militarem, quam & quantam Romani habeant: tum prouentus pecuniasque, quas per singulas gentes capiunt: item quid in classes impendant, & si quid erit huiusmodi. Sed is liber perit. Dubites, an, quod censet Langlaus Semest. 5, 5. idem cum Imperio Rationario sit instrumentum regni apud Ciceronem Brut. epist. 4, 12. & 15, 9.

2. (e) se priuatum non sine peric. fore] Ob offensas scilicet in triumviratu ac principatu contractas. Eadem inculcat Augusto Mecenas apud Dionem lib. 52. pag. § 44. B. Eodem argumento Athenienses, cur imperium in socios deponere non possint, vtuntur apud Thucydidem 1, 12, 17. Sic Periander apud Laerium, rogatus aliquando, cur in tyrannide persisteret; quia, inquit, & sponte, & inuitum cedere, æque periculosum est. In d. voce Phalaridis in epist. ad filium, periculosius est. Principatum depone-re, quam occupare. Apud Liuum ramen 34, 33, 2. Aristenus Nabidi proponit exempla tyrannorum, qui deposito imperio, restitutaque libertate suis, non tutam modo, sed etiam honoratam inter ciues senectu-tem egissent. Nimirum honestos praetextus quarimus: ipsissima est impe-rii retenti causa, cupidus dominandi, cunctis affectibus flagrantior. Tacit. Annal. 15, 53. Porro priuatus hoc loco dicitur quisquis non est Princeps, vtut magistratibus aliis præditus: vt apud Tacitum Hisf. 1, 49, 9. Suet. Domit. 9, 2. Iustinum 2, 10, 4. Plin. panegyr. 6. 7. 9. 21. & pluries.

Ibid. (f) temere] In duobus optimis libris deest hac dictio: neque eam ego desiderauerim. Sensus enim est, vnius loco plures dominos Rempub. inuaju-ros. Res enim Romana eo deuenerat, vt æquabilis ac ciuili more regi non pos-set tantum imperium. Hæc Torrentius. Sed propter hanc ipsam quam al-legendat causam, vocem temere (Palatinis quoque codd. probatam) necessaria-riam putem. Tenerarium scilicet fuisse, rem Romanam, hoc statu, plurium arbitrio committere. Vnde quoque Seneca Benefic. 2, 20. Bruti consilium in occidendo Cesare damnat, quod aut Regis nomen extimuerit, cum optimus ciuitatis status sub Rege iusto sit: aut ibi sperauerit libertatem futuram, vbi tam magnum præmium erat & imperandi, & seruendi: aut existimauerit ciuitatem in priorem formam posse reuocari, amissis pristinis moribus: futuramque ibi æqualitatem ciuilis iuris, & staturas suo loco leges, vbi viderat tot millia hominum pugna-tia, non an seruirent, sed vtri. &c. Adde Tacit. 1, 9, 10. & H. 1, 1, 2.

Ibid. (g) eventu meliore] Hanc bigam verborum probabiliter elimi-

Svet. Avg. Cap. XXVIII. *Consilium redd. Reip.*
nat Freinshemius in Indice Floriano, voce Dubium. Nam hoc dubitabatur,
an serio voluerit Rempub. reddere : an vero voluntatem illam (quod mox
sequitur) tantum praese tulerit.

3. (b) Quam voluntatem cum praese ident. fer. quodam] Non
aliter optima exemplaria scripta & edita. Pulmanni tamen codex unus.
Quam voluntatem quodam, &c. omisus intermediis.

Ibid. (i) Ita mihi saluam ac sospitem Remp.] Dignum Principe ius-
jurandum. Ammianus lib. 24. cap. 10. princ. Animabat Julianus exerci-
tum, cum non per charitates, sed per inchoatam negotiorum magni-
tudinem deieraret assidue. Sic sub ingum mitteret Persas : Ita quassatum
recrearet ciuem Romanum. ut Trajanus fertur aliquoties iurando dicta
consueuisse firmare : Sic in prouinciarum speciem redactam videam Da-
ciam : Sic pontibus Istrum, Euphratem superem : & similia plurima. Ha-
etenus Ammianus. Tale illud Planci Imperatoris in epistola ad Ciceronem,
Famil. 10. 9. Ita ab imminentibus malis Resp. me adiuuante libere-
tur. At in Octauio, quando Remp. primum capebat, damnatum illud à
bonis, Ita mihi parentis honores consequi liceat. Casaubonus. Hoc
postremum extat in Cicerone ad Attic. 16. 15. Sic idem Catilinaria 4. 6. Ita
mihi salua Repub. vobiscum perfui liceat. Plura exempla vide in Bris-
sonii Formulis lib. 8. pag. 809. 810.

Ibid. (k) Remp. sistere in sua sede] Sedes est basis, οντως. Sistere
ἀνοδεῖ, στένει. Est enim (quod non aduertunt interpretes) translatum à
columnis vel colossis, qui magno nisu in suam basim (βαθὺν interdum Graci
vocabant) restituuntur, ut in eo exemplo quod narrat Socrates lib. 1. cap. 20.
Ita loquitur Iſocrates Archidano, sub finem : Si virtuti nostrae fortuna
fauerit, ut Reipub. in pristinum amissæ dignitatis gradum restitua-
mus. Eadem translatio in illis mox, mansura in vestigio suo fundamen-
ta Reip. Symmachus ep. 46. lib. 3. Ita voluenda atulit dies, ut Domini
noſtri Gratiani fortissima ſimul ac felicissima manu nutantia
Reip. pondera fulciantur. Sic obiter emendabis illum locum : nam vul-
go gratiam pro Gratiani. Hac Casaubonus aduersus Torrentium, qui ſe-
dem interpretatur ſirmum ac ſtabilem rerum ſtatum : quomodo Horatius
Epod. 13. Deus hæc fortaffe benigna Reducet in ſedem vice. Quæ in-
terpretatio à Casauboniana tam parum abeft, ut eadem prope videatur.

4. (l) Fecitque ipſe ſe compotem voti] Audax dictum. Statius 9.
Thebaid. de Capaneo, vers. 550.

Sic ait, & voti ſeſe facit ipſe potentem.

Vetus

Ornatus Vrbis. Svet. Avg. Cap. XXVIII.

Vetus dictum est Romanorum, Sapiens ipse fugit fortunam sibi. apud Plautum, Ciceronē, Sallustiū, Orat. de rep. 1, 2. & Cornelium Nepot. Seneca epistola 31. Quid votis opus est? fac te ipse felicem. & ad hoc exemplum multa apud Stoicos impietati proxima. Casaubonus. Ab eadē arrogantia pendet illud Mezentii apud Virgilium En. 10, 773. Dextra mihi Deus, & telum quod missile libro. Nunc adsint. Et illud Herculis in Oetao Sene-
cavers. 1290. Nunquam ad tuas (Iouis) confugit Alcides manus. Non cum &c. non tamen vultus meos In astra torisi: semper hæc nobis manus Votum spopondit. &c. Ita Finni olim, referente, imo laudante Tacito Germ. 46, 10. Securi aduersus homines, securi aduersus deos, rem dif-
ficillimam assecuti sunt, vt illis ne Voto quidem opus sit. Adde sa-
pra 16, 5, 5. & Freinshemii notæ ad Florum 2, 6, 44. a.

Ibid. (m) ne quem noui status pœnit.] Livius 8, 21, 6. Credinon potest, ullum populum, aut hominem denique, in ea conditione, cuius eum pœnitiat, diutius quam necesse sit, mansum. Ex hoc loco non euincitur, Augustum Imperatorum primum fuisse. Monarchia quippe Ro-
mana etiam Tiberii tempore noua fuit habita, vt clare perspicitur ex Ta-
cit. 1, 7, 5. & 1, 8, 11. imo sub Vespasiano, multos adhuc in Gallia vixisse
ante tributagenitos, Civilis ait apud Tacit. H. 4, 17, 8. nec illi tamen pro-
pterea fundatores Imperii. Quid multis? Caesar Dictator perpetuus fuit,
hoc est, quid nisi Rex & Imperator? Addenda que notauimus ad Suet. Cæs.
61, 1. b. & 76, 2. e.

s. (n) Vrbem neque pro] Corruerant hunc locum qui putabant à superioribus ista pendere: falsò. nam si in capita secari debuit Suetonius, hinc erat duendum principium eorum que ex vulgata diuisione capitibus continentur 29. & 30. More enim suo auctor, toti illi sermoni istud veluti caput & breve preposit. Casaubonus. Vrbem neque & Palatini co-
dices duo habent, & poscit id plane sententia auctoris: vt mirum sit, in Tor-
rentiū M. omnibus, & in veteribus editionibus, præter Stephanicam, extare,
Vrbem namque.

Ibid. (o) Pro maiestate imperii] Sic in veteri lapide posito in honorem Augufti ob munitas vias, PRO. DIGNITATE. IMPERI. Casaub.

Ibid. (p) inundationibus incendiisque obnoxiam.] Tacitus 15, 38, 5.
de incendio Neroneo, Ignis anteit remedia velocitate mali, & obnoxia
vrbe arctis itineribus huc & illuc flexis, atque enormibus vicis
qualis Roma fuit. Sed vide Strabonem lib 5. pag. 162. & seq. De inunda-
tionibus subit mirari, cum ea res caussas naturales & manifestas haberet,

S V E T . A V G . C A P . X X V I I I . O r n a t u s V r b i s .

semper tamen Tiberim exundantē pro magno prodigio habitum, & in Acta relatum. Casaub. Vide Liu. 24, 9, 6. & 30, 38, 10. &c. Tacit. 1, 76. & H. 1, 86. Capitolinum in Imp. M. Antonino c. 8. item Plinium 3, 5, 27.

Ibid. (q) Iure sit gloriatus marmoream se relinquere quam latericiam accepisset.] Aliorū sum trahit Dio [lib. 55. pag. 676. A.] Augusti dictum: quem morientem dixisse refert: Romanū se terream (γνήσια) accepisse, lapideam (λεπίδην) relinquere, & addit suum interpretamentum: eo dicto non ædificiorum elegantiam, sed imperii firmitatem ipsum innuere voluisse. At Suetonius non de firmitudine, sed de publicis ædificiis accipit. Julianus in Cesaribus ad Dionis mentem accedit, qui sic gloriantem inducit Augustum, respiciens haut dubie illius hoc dictum. Cum civilibus dissidiis rem Romanam saepe in extremo sitam cernerem, sic omnia ordinaui, ut vrbis in posterum iam adamantina tota sit. Idem Julianus Augusti vocem spectasse videtur cum diceret Antiochenis, Velle se ipsorum vrbem facere marmoream. Libanius Legatione ad Julianum de Antiochia: Tu quippe nuper de vrbē reprehensis; ego vero marmoream (hoc enim verbo vtebaris) eam efficere constitueram. Notabis quomodo verterit illa Dio latericiam & marmoream: aliū Græci pro latericiam dixerunt τηλίκια. Alius autem Augustus ad antiquissima Romanorum ædificia, de quibus Varro Tacitū Mevītā. Antiqui nostri dominibus latericiis paullulum modō lapidibus suffundatis, ut humorem effugerent, habitabant. De iis Plinius lib. 35. cap. 14. Casaubonus. Augustus non ipse modo πιλότις (ædificandi studiosus) sed & talium fautor erat. Quomodo, Pisone domum à fundamentis usque ad summum teclum accurate exædificante, animū, dixit, exhilaras meum, ita ædificans, quasi Roma sit futura sempiterna, referete Plutarcho in fine apophtheg. Rom. Ceterum vrbis Romæ splendorem pluribus exsequitur Lipsius Admirandor. 35. Quid vero maxime splendidam reddat ciuitatem ornata namque, differit Piccartus Decad. 12. c. 4.

(r) Tutam.] scilicet ab incendiorum inundationisque periculo.

Ibid. (s) Quantum prouideri humana ratione potuit.] οὐοῦν προσ πατρὸν ἀδεψωπῆν πενοῦται. Xenophon. hoc autem ideo additum, quia fati necessitas humanis consiliis rumpi non potest, vt ait Liuinus 1, 42, 2. Cas.

C A P V T X X I X .

Publica opera plurima exstruxit: ex quibus vel præcipua, (a) Forum cum (b) æde Martis Vtoris, templum (c)

Apol-

Opera publica. SVET. AVG. CAP. XXIX.

Apollinis in Palatio, (d) ædem Tonantis Ioui in Capitolo. || Fori exstruendi caussa fuit, hominum & iudiciorum multitudo, quæ videbatur, non sufficientibus duobus, etiam (e) tertio indigere. || Itaque festinantius, nec dum perfecta Martis æde, publicatum est, cautumque ut separatim in eo (f) publica iudicia & (g) sortitiones iudicum fierent.

4 || A Edem Marti (h) bello Philippensi (i) pro vltione paterna suscepto voverat. Sanxit ergo (k) vt de bellis triumphisque heic consuleretur senatus: prouincias cum imperio petituri, (l) hinc deducerentur: quique victores residissent, huc (m) insignia triumphorum inferrent. || (n) Templum Apollinis in ea parte Palatinæ domus excitauit, quam fulmine istam desiderari (o) à Deo haruspices pronuntiarant. || (p) Addita porticus cum (q) biblioteca Latina Græcaque, quo loco iam senior sæpe etiam senatum habuit, (r) decuriasque iudicum recognouit.

7 || Tonanti Ioui ædem consecrauit, liberatus periculo, cùm (s) expeditione Cantabrica per nocturnum iter (t) lecticam eius fulgor perstrinxisset, seruumq; (v) præluculentem exanimasset. || Quædam etiam opera sub nomine alieno, nepotum scilicet & vxoris sororisque, fecit: vt porticum (x) basilicamque Lucii & Caii; item (y) porticus Liuiæ & (z) Octauiae, (a) theatrumque Marcelli. || Sed (b) & ceteros principes viros sæpe hortatus est, vt pro facultate quisque monumentis vel nouis, vel (c) refectis & excultis, urbem adornarent. || Multaque à multis exstructa sunt: sicut (d) à Marcio Philippo, (e) ædes Herculis Musarum: à L. Cornificio, (f) ædes Dianæ: ab Asinio Polione, (g) atrium Libertatis: à Munatio Planco, (h) ædes Saturni: à Cornelio Balbo, theatrum: à Statilio Tauro, amphitheatrum: à M. verò Agrippa, complura, & egregia.

NOTA AD CAPVT XXIX.

Num. 1. (a) Forum cum æde M. VI.] *De Augusti foro apud Ovidium*
in 5.

S V E T . A V G . C A P . X X I X . Opera publica.

in 5. Faſtorum, v. 552. atque apud scriptores alios multa. [vt Plin. 16, 39, 5. & 35, 4, 13. & 36, 15, 6. Dionem in Traiano 245. B. Spartanum in Adriano c. 19. Macrobius Saturn. 2, 4, 8. & rursus Ouid. de Pont. 4, 5, 10. & forte Tacit. 4, 67, 9. &c.] Sed notanda verba Seruui recens à Daniele editi, ad illa, En. 1, 298. Furor impius intus Sæua sedens super arma, &c. notat enim Seruui: In Foro Augusti introeuntibus ad sinistram fuit bellum pietum, & furor sedens super arma æneis vinclitus, eo habitu quo poëta dixit. Casaubon. De hoc caterisque foris accuratissime Lipsius Admirand. 3, 7.

Ibid. (b) æde Martis vltoris.] Huins adis magnificentiam multis celebrat Ouid. Faſt. 5, 549. &c. Meminerunt & Iuuen. sat. 14, 261. Tacit. 2, 64, 2. Plin. 34, 8, 2. iterum Ouid. triſt. 2, 295. Eam hodie Diuæ Martinæ templocum cessisse, & Foro Augusti, in hortis post Marforium nunc positis extitisse, Marianus topograph. Rom. 3, 9. scribit. Vtrumque in VIII. Vrbis Regione collocat P. Victor. Diuersa ab hac fuit (quam tamen autorum interpretes plerique cum ea confundunt) ædes Martis Vltoris, seu potius vt Ouidius Faſtor. 5, 595. appellat, Bis-ultoris, in Capitolio, ab Augusto, post illam demum extructa, in qua ad exemplum Iouis Feretrii, signa Populi Rom. de Parthiis recepta, & spolia militaria Parthorum adfixa, currus etiam triumphalis Augusti repositus, vt appareat ex Dione lib. 54. pag. 602. A. & vett. Numis. Bis-ultor autem dictus hic Mars, quod, vt prius in vindicandâ necesse paterna (Cesaris) ita nunc secundum Parthica Crassi clade vltorem Augusto se se prestitisset. Porro ædem Martis vltoris (dubium an illam in Foro Augusti, an vero hanc Capitolinam : nec iam lubet expendere) memorant quoque Tacitus 3, 18, 3. & 13, 8, 1. Plinius 34, 14, 5. Martialis 7, 50, 4.

Ibid. (c) Apollinis in Palatio.] Qui Apollo Palatinus inde cognominiatur infra 31, 1. & 52, 3. & à Propertio 4, 6, 11. cum Horatio 1. epist. 3, 17. Ideo autem hoc templo structo deueneratus Apollinem Augustus videtur, quod vellet eius haberi filius, vt appareat infra cap. 94, 4. vel quod eiusdem beneficio, ad Altiū prelio nauali profligasset Antonium. Apollinem Palatinum à Scopas statuario factum autor est Plinius 36, 5, 19. Iuxta hoc templum conuenire solitos Iurisconsultos, de litibus ambiguis disceptaturos, refert antiquus scholiastes Iuuenalis ad satyr. 1, 128.

Ibid. (d) ædem Tonantis Iouis.] Quam Dio sub initium libri 54. dedicatum refert, Cæpionis & Varronis coniuratione in Augustū detectā: & quidē ipso dedicationis sacro multa tonitrua exaudita, quasi Augustale opus Tonans & Fulgens Impiter sanciret. Parietes in hac æde solidis glebis marmoreis

Opera publica. SVET. AVG. CAP. XXIX.

reis constitisse tradit Plinius 36,6,9. Statuam Iouis Tonantis, Leocræ opus fa-
cit idem 34,8,35. Iouis cognomina varia curiose collegit Brissonius de Formul.
lib. 1. pag. 33. & seq.

2. (e) tertio indig.] Romæ antiquitus solum erat Forum Romanum,
quod & Latinum, & vetus dicitur, in quo Rostra, quodque Cato Censorius
muri cibis sternendum censuerat, ut est apud Plin. 19,1,23. Additum de-
inde Forum Iulium, de quo autor in Ces. 26,4. Tertium nunc accedit Au-
gustum, quod Plinius 36,15,6. inter operum pulcherrima refert. De hoc nu-
mero Seneca de Ira 2,9. Initiationes, furga, fraudes, quibus trina non
sufficiunt fora. Statius Sylvar. 4,9,15.

Quæ trino iuuenis foro tonabas. Martialis 3,38.

Atque erit in triplici par mihi nemo foro.

Postea quartum inchoauit Domitianus, Transitorium: absoluit Nerua,
ab eo Neruæ etiam dictum. Suet. Domit. 5,2. Lamprid. in Alex. cap. 28.
De hoc accipiendum illud Martialis 10,28.

Et fora tot numeras, Jane, quot ora geris.

Quintum denique Vlpium, ab Vlpio Traiano conditum, de quo Marcellinus 16,17. Agellius 13,24. &c. Sed hac nimirum de foris ciuilibus intel-
ligenda sunt, vbi res ac lites agebantur. Alia fuere vænalia, à rebus que il-
lic vendebantur, appellata: vt Forum Boarium, Suarium, Pilcarium, Pi-
storum, Holitorium &c.

3. (f) publica iudicia] vt repetundarum, ambitus, maiestatis, & cete-
ræ quæ enumerantur in l. 1. ff. de publicis iudiciis.

Ibid. (g) sortitiones iudicium] Moris erat, nomina iudicum conscribi,
& in vrnam mitti, vt de pluribus necessariis numerus per sortitionem confi-
ci posset: tunc ex illo delectorum iudicum numero permittebatur accusatori
ac reo, reiucere quos putarent sibi aut inimicos, aut ex aliquare incommodos
fore. Reiectione celebrata, prætor in locum eorum qui reiecti fuerant, sub-
sortiebatur alios, quibus ille iudicum legitimus numerus completeretur, & hec
sortitio dicebatur, qua perfecta iudices in leges iurabant, vt obstricti reli-
gione iudicarent. Hanc iudicum sortitionem significauit poëta maximus
scribens Aen. 6,432. Quæsitor Minos vrnam mouet. — Beroaldus
ex Pedianofere. Plura Sagonius de iudiciis 2,12. & Polletus in Historia Fori
Romani 5,7.

4. (h) bello Philippensi] in Philippicis campis aduersus Brutum &
Cassium gesto. Supradcap. 13.

S V E T . A V G . C A P . X X I X . *Opera publica.*

Ibid. (i) pro vltione paterna] ut vlcisceretur Cæsaris patri adoptiuæ necem. *Ouidius Fast. 5,569.*

Vouerat hoc inuenis tunc, cum pia sustulit arma.

A tantis Princeps incipiendus erat.

Ibid. (k) Ut de bellis triumphisque h. conf. sen.] *Ouidius de hoc templo Fast. 5,556.* Hinc fera Gradiuum bella mouere decet.

Olim in Capitolio. *Appianus de bellis Punicis pag. 42.* D. Senatus mentem suam aperuit : & in Capitolium, ubi de bello deliberare solent, conueniens, decreuit &c. *Casaub.*

Ibid. (l) hinc deducerentur] à comitantibus ac prosequenteribus officiis honorisque gratia : ut factum Cæsari in Hispaniam proficisci. *Suet. Cæs. 71,3.* Legitur apud Rufum atque Victorem in Vrbis Regione prima Mutatorium Cæsaris, quod Guido Pancirolus in libello de XIV. Vrbis regionibus interpretatur domum illam publicam, à Cæsare post pontificatum maximum habitatam, teste Autore in Cæs. 46,1. sic appellatam, quod eam Cæsar mutauerit : quæ quid sibi velit originatio, mihi non liquet. Verosimilior C. Barthius *Aduersario* 2,22. Mutatorium, locum fuisse putat, in quo Cæsar Togam Sago commutaret, aut in proinctum abiturus, illuc sagæ militibus distribueret, ipse paludamentum sumeret. Cui rei propria editio dicata fuisse, liquere censet ex hoc Autoris loco, de Martiis æde, iis ab Augusto destinata, qui cum imperio in prouincias irent, ut inde producerentur. Mutare autem de vestimentis sæpe dicitur : quomodo etiam Græcis ἀλεξανδρια (ab ἀλέξανδρῳ, mutare) sunt indumenta. & ἀλεξανδρια, vestiarium, in qua voce, Meursii *Glossarium* videre pretium est opera.

Ibid. (m) insignia triumphorum.] vrbium captarum præriorumque imagines, titulos, fercula, & alia triumphorum instrumenta.

s.(n) Excitauit.] *Vir doctus* [F. Vrsin.] qui exertauit pro excitauit. repersum in uno fortasse aut altero cod. amplectitur, non magis mihi sententiam suam probat, quam doctus alter ille, qui apud A. Gellium manuult legi in verbis *Quadrigarii lib. 9.c.13.* lingua exerrare, quam linguam exertare. Quæ lectio & elegantissima est, & omnium aliorum historicorum narratione confirmatur, qui in ea re vsi plerique verbo exerere. nec aliter Plinius quoque, 4,9,35. Nec moueors si in uno aut altero cod. sic scriptum extat : nam in pluribus multò aliter est. Sic sane antiquis. exemplar quod ipsi vidimus. *Casaubonus.* Cicero in *Oratore* 2, 66, 6. memorans eandem *Historiam Gallum* facit distortum, eiecta lingua : ubi idem legere malim exerta.

Ibid. (o)

Opera publica. SVET. AVG. CAP. XXIX.

Ibid. (o) à Deo] Apolline, cui dicatum templum illud. Non enim Iouis tantum, sed & aliorum deorum est, emittere fulmina, ut è Thyscorum littoris tradit Plinius 2,52,1.

6. (p) Addita] Al. addidit. al. additæ.

Ibid. (q) Bibliotheca Latina Græcaeque] Quam exstruere destinaverat Cesar. Sueton. Ces. 44,4. sed nunc demum perficit Augustus, anno Vrbis cond. DCCXXVI. vt ex Dione, principio libri 53. cognoscitur. Noster in Grammaticis cap. 20. C. Iulium Higinum, Bibliothecæ Palatinæ (nam ita dicebatur hæc à loco, quia in ipso Palatio) Præpositum sue Custodem facit, quem nos Bibliothecarium appellamus. Quod non de tota, sed alterutra putem accipiendum. Græcam enim seorsim custodem suum habuisse, & Latinam, apertum est ex Inscriptionibus Romanis Gruteri DLXXVI, 9. DLXXVII, 8. DLXXVIII, 5. DLXXXIV, 6. Hanc D. Gregorii auo, id est, sexto post N. Chr. seculo, Roma adhuc extitisse, ex Ioanne Sarisberiensi de nug. Curial. 2,26. & 8,19. apparet. Fuit & heu quondam Germanie Palatina sua Bibliotheca, que suis nuper auulsa sedibus (vah pudor!) Alpes transvolavit. Quod inestimabile damnum, Custos eius, ἐμπλυχός illa Biβλιοδίκη, Gruterus, optimis quibusque autoribus ad illos Codices emendatis publicatisque, tolerabilius aliquanto fecit. Sed profecto macula Palladii huius non erupti nobis, sed eiecti relegatiique, (venia sit in libera ciuitate libere loquenti,) ἀνατούντο, ἀνεντυρτο, ἀναστρέψοντο erit, quamdiu litteris suis constabit honos.

Ibid. (r) decuriasque iudicium recog.] De hac recognitione Plinius lib. 33. fine capit. 1. De Decuris iudicium idem 33,2,1. & fuisse Polletus Histor. fori Rom. 3,8. & 9.

7. (s) expeditione Cantabrica] De qua supra 20,1. c.

Ibid. (t) Lecticam eius fulgor perstrinxisset.] Vel, vt alii libri, præstrinxisset. Fulgor autem profulmine, vt in Domitiano 15,2. Tot fulgura facta auditaque sunt. [& iterum 16,4. haruspex consultus de fulgure.] & ita semper in libris olim aruspicum: sepe etiam Plinius, & optimus quisque Latinitatis auctor. Gloſſarium, κεραυνοβόλον ἡμερῶν, fulgurium. Lege fulgor diuum. Festus, Diuum fulgor appellabant diurnum, quod putabant Iouis, vt nocturnum Summani. [ita Plin. 2,52,1.] Gloſſε, κεραυνοβόλον ὥπο τρεψοντο fulgor submanum. Ita accipe vocem fulgor in Constantini constitutione, Cod. Theodos. De paganis sacrificiis & templis; Si quid de palatio nostro, aut ceteris operibus publicis degu-

S V E T . A V G . C A P . X X I X .

Oper a publica.

degustatum fulgore esse constiterit, retento more veteris obseruantia, quid portendar ab haruspicibus requiratur. Casaub. Fulgur pro fulmine quoque sumi, pluribus ostendit Salmasius in exercitationib. Plinianis pag. 1135. 2. Seneca tamen quæst. natural. 2, 12. & 16. Fulgurationem à fulminatione distinguit, quod illa, comminatio sit sine ictu: hæc autem, iaculatio cum ictu: in illa late ignis explicetur: hæc igne coacto feriat. Pro perstrinxisset Palatinus prim. ac tert. habent præstrinxisset, rectius, opinor. Sic Ammianus 23, 18. de Euphrate flumine: præstrictis pluribus insulis. Nos dicimus, vorüber streichen. Transcursum fulguris Autor vocat infra fine capit. 90.

Ibid. (v) preluculentem] Rectè: non, ut alii, præducentem. Nam viatores noctu facie gerere solitos, Turnebus Aduersar. 3, 22. ostendit ex illo Varonis de reruſtica 1, 14. quod habet radices viuæ sepiς, ac viatoris prætereuntis lasciu non metuet facem. Adde Casaub. ad Suet. Cæſ. 31, 3. Non videtur (quod viro docto visum Semestr. 8, 10.) hoc mutuò sumptum ab Atheniensibus, quibus per legem Solonis (de qua Plutarchus Sol. 6, 35.) noctis non licuit iter suspicere, nisi prælato lumine in vehiculo deferrentur. Nam lex ista Solonis ad feminas tantum pertinet, quarum pudori & fama consultum ille voluit. 29, 11.

8. (x) basilicam Lucii & Caii] nepotum Augusti ex Iulia filia & M. Agrippa. Hanc in XI. Vrbis regione collocat Rufus. De Basilicis vidende nota ad Cæſ. 10, 1.

Ibid. (y) porticus Liuiæ] uxoris Augusti. Hanc porticum in tertia Regione Vrbis, iuxta templum Concordie Virilis, collocat cum Victore Rufus. Huius meminerunt Ouidius Fast. 6, 639. & in Arte 1, 72. Plinius lib. 1. epist. 5. m.

Ibid. (z) Octauiae] sororis Augusti. erat hæc porticus in regione Vrbis nona. Mentio eius apud Plinium 34, 6, 13, 35, 11, 23, 36, 5, 18. 32, 41. Circumscribit Ouidius in arte 1, 69. Octaviae ægipiatatus appellat Iosephus bell. Ind. 7, 24. m. Festus in Octauiae, duas Romæ porticus fuisse tradit, appellatas Octauias, quarum alteram theatro Marcelli propiorem Octavia soror Augusti fecerit: alteram theatro Pompeii proximam Cn. Octavius: quam combustam reficiendam curauerit Augustus.

Ibid. (A) theatrum Marcelli] In regione Vrbis nona item, capax locorum 30000. Victor. Marcellus Octavia Augusti sorore genitus, cuius obitum poeta describit Aen. sexta fine.

9. (B) Sed & ceteros viros principes sape hortatus est] Notemus igitur in his Taciti verbis magnam misericordiam [extenuationem] Annal. 3, 72.

Erat

Erat etiam tum in more publica munificentia : nec Augustus arcuerat Taurum, Philippum, Balbum, hostileis exuvias, aut exundanteis opeis, ornatum ad Vrbis, & posterum gloriam conferre. *Casaub.*

Ibid. (C) refectis] ex vetusto renouatis, instauratis.

10. (D) à Marcio Philippo] *Augustivitrico. supra 8,6.*

Ibid. (E) ædes Herculis Musarum] Sustulimus rō &, secuti libb. nostros & historiam. Hac ædes in regione nona fuit. Vide Vrbis descriptionem. Ouidius de ea, Fastor. 6,799.

— Clari monumenta Philippi

Aspicis : unde trahit Marcia casta genus. *Casaub.*

De iunctis huic adi porticibus Plinius 35,10,3. & Martialis 5,50,12. Eadem vetustate collapsam restituit tantum ille Philippus. nam primus condidit M. Fulvius Nobilior, anno V. C. D L X I X . triennio postquam de Ambracia triumphauit. quo de triumpho Linius 39,5. De primo illo conditore simulque de causa, cur dictus Musarum Hercules, Eumenius rhetor oratione de scholis instaurandis cap. 7. Ædem Herculis Musarum in Circo Flaminio, Fulvius ille Nobilior ex pecunia censoria fecit, non id modo secutus, quod ipse litteris, & summa poëta [Ennii, de qua & Cicero pro Archia c.11.] amicitia duceretur sed quod in Grecia cum esset imperator, acceperat Herculem Musageten esse, id est, comité ducemq; Musarum. Idemq; primus nouem signa, hoc est, omnium Camœnum, ex Ambraciensi oppido translata [Plin. 35,10,3.] sub tutela fortissimi Numinis consecrauit ; ut res est, quia mutuis opibus & præmiis iuuari ornarique deberent : Musarum quies defensione Hercules; & virtus Hercules voce Musarum. Quæ ratio multo probabilior, quam illa Plutarchi problem. Rom. 59. Musis Herculem ideo iunctum, quod Euandrus litteras docuerit Hercules. Nam Ennio potius hoc pulcherrimum firmissime inter doctos ac fortes viros amicitiae symbolum deberi, scribit etiam Auctor libelli de viris illustribus cap. 52.

Ibid. (F) ædes Dianaæ] Multa tales Roma, hac videtur in Auentino suisse, de qua Martialis 6,64,13. & Plutarchus problem. Rom. 4.

Ibid. (G) Atrium Libertatis.] Fuit in Auentino. Vide Liuium & Ouidium in Idib. Aprilis. Eò doctit anquam ad ægym conueniebant. Ouid. Trist. 3,1,71.

Nec me quæ doctis patuerunt primalibellis

Atria, Libertas tangere passa sua est.

[Aliter, & rectius, opinor, Ouidii locum hunc exponit Lipsius de Bibliothec. cap. 5, fin.] *Ibidem fuit tabularium, in quo seruata acta publica. Liuius lib. 43,16,10. Censores extemplo in Atrium Libertatis ascenderunt, & ibi signatis tabellis publicis, clausoque tabulario, & dimissis publicis*

SVET. AVG. CAP. XXIX. Opera publica.

seruis, &c. Hinc etiam intelligimus loci formam: erat enim similis atrii adium priuatarum, quae habebant tablina & pinacothecas adiunctas: in medio erat area sub dio, columnis cincta: ideo is locus etiam peristylium appellatus. Idem quoque, impluuium dicebatur. Atque hoc propriè atrium est, non atrii pars: nam atrium ab æstivis, significat locum in adibus sub dio. Grati ὑπαιδηοι frequentius vocant: sed διδρον pro atrio notauiimus saepe apud LXX. & Iosephum. Tertullianus in loco Ezechielis cap. 9. subdiual vertit. Extat & apud Lucianum, neque dubium esse potest inde dictam vocem Latinam. Nam Varrois aliorumque veterum notationes [atrium dictum ab Atriatisbus Thuscis: vel quasi terrarium, quod à terra oriatur: vel quod fumo esset atrium.] quis non rideat? Etiam illi errant, qui atria suis se tecta volunt, qui adixit Ausonius, [in Mosella, versu 49.] laqueata atria. neque animaduertunt, eam vocem, ut apud Gracos μέγας οὐλὴ, pro palatiis procerum ponit: at in iis quæ propriè atria dicebantur, non aliud tectum erat, prater alas adificii, quæ velut porticus circa medium subdiual efficiebant. Ideò docte auctor Glossarum, atrium περίσωρ, μέσαυλον. Casaubonus. Atrii Libertatis meminit quoq; Tacitus Hist. 1, 31, 3. Id primo condidit è multis patita pecunia Gracchus. Liu. 24, 16, 17. Deinde refecerunt amplificaruntq; Patrus & Cethegus Censores. idem 34, 43, 5. Et hic iterum Asinius Pollio. non enim is primus autor. Atria dimeritur ex arte Vitruvius architect. 6, 4. Adde Agellium 16, 5. Seruum ad Virgil. Aeneid. 1, 729.

Ibid. (H) aedes Saturni] De primo huius adis conditore (nam Mutatius hic Plancus refecit tantum) vide Livium 2, 21, 2. & Macrobius Saturnal. 1, 8. Post reges vrbe exactos erariū in ea Publicola constituit, vt scribit Plutarchus in eius vita cap. 18. & innuit Lucanus 3, 155. cuius rei caussam tradunt Plutarch. quest. Rom. cap. 42. & Macrobius Saturn. 1, 8. Inscriptio antiqua, que Saturni adem è manubib; à Plancō factam testatur, extat in Hercule Prodigio Pighii, pag. 442. Plancus orator, Ciceronis discipulus: cuius adhuc extant ad eum epistole, familiarium libro 10. quibus nihil absolu-
tius, castius, elegantius, rotundius, sine vlla putiditate & cacozelia, censet Scaliger ad Eusebii chronicon pag. 154. Sed in Cicerone, Cnei pranomen vi-
tiose gerit. Lucius enim hic ipse est, de quo & Velleius 2, 63, 4.

Ibid. (I) à Cornelio Balbo &c.] De Balbi theatro videndus Dio lib. 54.
pag. 616. E. De Tauri amphitheatro, idem lib. 51. pag. 527. D.

Ibid. (K) complura] Quenam illa? Tradit Plinius 36, 15, 6. Pan-
theon

Divisio Vrbis. SVET. AVG. CAP. XXX.

théon à M. Agrippa Ioui vltori factum. Et mox n.28. Agrippa in æditlitate sua, Romam ducta Virgine, (aquæ nomen est, cuius meminit & Seneca epist. 83.9.) ceteris aquis corriuatis atque emendatis, lacus 700. fecit: præterea salientes 105. castella 130. complura etiam cultu magnifica: operibus iis signa 300. ærea aut marmorea imposuit, columnas ex marmore 400. eaque omnia annuo spatio: gratuita præbuit balnea 170. De aqueductibus, præter Plinii testimonium, extat & Augusti elogium illud infra 42.1. Agrippam generum suum satis prouidisse, ne in urbe siti laboraretur. Adde Dionem lib. 49. sub finem, & lib. 53. pag. 590. Frontinum de aqueductibus post princ.

CAPVT XXX.

Spatium (a) Vrbis in regiones vicosque diuisit: (b) instituitque ut illas annui magistratus sortitò tuerentur; hos 2 magistri è plebeciusque viciniæ (c) lecti. || Aduersus incendia (d) excubias nocturnas vigilesque commentus est. 3 || Ad coercendas inundationes, (e) alueum Tiberis laxauit, ac repurgauit, completum olim (f) ruderibus, & ædificiorum prolapsionibus coarctatum. || Quò (g) autem facilius vndique Vrbs adiretur, desumta sibi (h) Flaminia via (i) Arimino tenus munienda, (k) reliquas triumphalibus viris ex (l) manubiali pecunia sternendas distribuit. 5 || Aedes (m) sacras vetustate collapsas, aut incendio absuntas refecit: easque & ceteras opulentissimis donis adornauit: ut pote qui in (n) cellam Capitolini Iouis (o) sedecim millia pondo auri, (p) gemmasque ac margaritas (q) quingenties sestertiū vna donatione contulerit.

NOTÆ IN CAPVT XXX.

Num. 1. (a) Spatium Vrbis in regiones vicosque diuisit.] Regiones quidem XI V. vicos verò CCCCXIV. si sati certa hac in fragmendo Rusi lectio: nam Victor aperte vitiatus. Non assentior interpretibus [ut Beroal. & Torr.] qui Augustū negant fuisse diuisio Vrbis in regiones XIV. auctore. nam si ea partitio Augusto antiquior, cur eius non meminit Varro De lingua Latina lib. 4. Dionis tamen ambigua verba [lib. 55. pag. 634. B.] ex quibus ex prese

Svet. Avg. Cap. XXX. Diuīsio Vrbis.

præsē eam sententiam non elicias. Regiones autem ille μέγιν vocat simpliciter. Socrates in Ecclesiast. hist. κληροδοτία. Alii Græci περιφέρεια, ὧνδε in Suidā περιφέρειας dicitur, & apud Hesych. περιφέρειας, curator regionis: nam male ipse interpretatur περιφέρειας: is enim est vicomagister. Casaub. Vrbis diuīsiones hac antiquiores, ac simul hanc ipsam in XIV. regiones partitionem (cuius meminerunt & Plinius 3,5,38. Tacitus 14,12. & 15,40. aliique) plene persequitur accuratissimus Merula Cosmograph. 2,4,22.

Ibid. (b) Instituitque, ut illas annui magistratus sortito tuerentur, hos magistri è plebe cuiusque viciniae lecti.] Suetonium brevitas interdum reddit obscurum, ut hic, quod enim ait de annuis magistratibus, quibus commissa regiones urbis, tam de nouis magistratibus in eam rem creatis patet intelligi, quam de ordinariis. qua sententia verior: neque enim noui magistratus creati ex institutione Augusti, qui curarent regiones, ut falsò dedit quidam tradunt: sed eam curam curauere, adiles, tribuni, prætores. Id que ad Seueri tempora seruatum. Hac omnia Dio in actis anni DCCXLVII. clarissimè docet, lib. 55. pag. 634. cuius verba sic scribenda, καὶ τοὶ οὐχὶ ἐκεῖνοι (nempe τῶν ἀρχοντῶν, non ut Xylander, τῶν σεβαστέρων) καὶ τῶν διμάρχων, τῶν τε σπλιγχῶν πάστων Τὴν πόλιν ἡτοι δεκάστας μέρην υπονομεῖσσαν, κληρὸν προσαχθέσθαι δὲ οὐκέτι γίνεται. Legitur vulgo κλήρων mendosè: nam vel κληρὸν scribendum, vel sic, κλήρων σφιστὸν ιανέμενον προσαχθ. In descriptionibus Vrbis Victoris & Rifi, duo curatores Vrbis regioni cuique assignantur: quod cuius Principis sit inuentum, nescio. Augusti non esse, hoc scio. Vicorum magistros autem, siue viocuros, iam inde ab antiquissimis temporibus Romæ fuisse certum est. Fuit & noua Roma in regiones XIV. diuīsa, habuitque suos curatores & vicomagistros. Casaubonus. Magistros vicorum Noster memorat item in Tiberio, sine capitib[us] vlt. & in Claudio 18,2. nisi magistratus istib[us] legi, rectius est. Capitolinus in M. Antonino cap. II. Dedit, inquit, Curatoribus regionum ac viarum potestatem, ut vel punirent, vel ad Præfectum Vrbi puniendos remitterent eos, qui ultra vēctigalia quicquam ab aliquo exegissent. Lampridius in Alexandro Seuero cap. 33. Fecit Romæ curatores Vrbis quatuordecim, sed ex consularibus viris, quos audire negotia urbana cum præfecto urbis iussit, &c. Præter hos singulis Regionibus bini Denunciatores apud Rufum & Victorem additi leguntur. Hi erant ministri Curatorum & Vicomagistrorum, quales hodie Bidelli in tribubus aut Gymnasis.

Ibid. (c) lecti] Ita Palatinitres, aliisque MSS. cum editionibus Aldi & Sabellici. alia, electi.

Incendiorum cura. SVET. AVG. CAP. XXX.

2. (d) Aduersus incendia excubias nocturnas vigilesque commentus est.] Strabo lib. 5. pag. 162, 47. Dio lib. 55. pag. 648. E. in anno DCCLIX. & Iurisconsultus l. 5. Dig. de offic. pref. Vigil. Ante Aediles incendiorum curam haberunt, ut ex variis eiusdem Dionis & Appiani locis constat. Erant autem cohortes praefecti vigilum e libertinis conscriptae: præterea alii milites per contemptum eos vocabant sparteolos: ut opinor, à funibus, quorum multus usus in restinguendis incendiis: vel à sparteis tunicis quibus erant amicti: vel etiam à genere calciamentorum. nam huiusmodi hominum soleæ e sparteis funibus contexebantur interdum, ut docemus alibi. Sic eos nominat vetus iuuinalis scholasticus ad hæc verba ex satyr. 14, 305. Dispositis prædiuers hamis. notans, Per translationem disciplinæ militaris sparteolorum Romæ, quorum cohortes in tutelam Vrbis cum hamis & cum aqua vigilias curare consueuerunt vicini. Sic accipio apud Tertullianum in Apologia cap. 39. Ad fumum cœnæ Serapicæ sparteoli excitabuntur: de solo triclinio Christianorum retractatur. Innuit elegansissime scriptor Afer, tantum apparatum cœna Serapice esse solitum, ut milites cohortium praefecti vigilum, illum locum ubi parabatur, obseruandum haberent. non enim magnum coniuvium sine magno igne patratur: inde incendi metus, quem ait excitare sparteolos. Nihil etiam vetat eam vocem ibi interpretari de gumiis, lurconibus, & parasitis, quos certum est omnes epularum occasiones sectari. Huiusmodi hominum proprium est, omnis fumi esse non imperitos, ut ait Apuleius in Apologia; & nos ibi nuper exposuimus. itaque sparteoli venustissime dicentur: quia sparteoli, id est, vigiles dum intenti sunt ad omnem incendi casum, fumos caminorum sollicite obseruant. Seneca epist. 64. Interiuenerant quidam amici, propter quos maior fumus fieret: non hic qui erumpere è laitorum culinis, & terrere vigiles solet: sed hic modicus, qui hospites venisse significaret. Casaubonus. De incendiis restinguendi cura publica, habet auctor noster exempla in Claudio 18, 2. & 25, 9. & in Nerone 16, 1. Apud Tacitum 15, 43, 5. in instauranda Urbe, post Neronianum incendium, ædificia certa sui parte, sine trabibus, saxo Gabino Albanoque solidabantur, quod is lapis igni imperius esset: quo de genere Lapidum imperiorum igni, Vitruvius 2, 7. Plinius 28, 2, 12. etiam parietes, inquit, incendiorum depreciationibus conscribuntur. Vbi Dalechampius circumscribuntur legit, hoc est, definiuntur, terminantur, ne flamma longius evagetur. Sed omnino rectum est conscribuntur, quod verbi non tantum re-

S V E T . A V G . C A P . X X X . V i a i n s t a u r a t a .

fertur ad rem que scribitur: sed etiam interdum ad subiectum in quo scribitur. Ita Noſter in Cæſ. S1, 2. tabula conscripta litteris Græcis. & Ouid. 2. eleg. 5. conscriptaque vino mensa. Deprecatio autem illa siue excantatio ex Afranio nota fuit, si in pariete scriberetur Arſe Vorſe. Vide Feſtum dictione Arſe. Verum ἐάσομεν ἀv iſta magica. Felix cui noſtri ſoller-tia, ſiphones versatiles, & quamcunque deſtinaueris quantumuſ altæ do-mus partem perenni ſumine perfundentes, arcendis ignibus excogitauit. Hos commentum eſſe Kepplerum, Mathematicum Caſareum, aut verius Mathematicorum Caſarem, ex eius litteris mihi conſtat: et ſi mechanici, nil præter manum operamque commodantes, inueniunt praecleari gloriam ſibi pro more vindicant.

4. (g) Quo autem facilius vrbs vndique adiretur] Dio in anno V^o C. DCCXXVII. lib. 53. pag. 585. & in anno DCCXXXIV. lib. 54. pag. 602. Strabolib. 5. pag. 150, 47. Extant & nummi in memoriam eius rei cuiſi, cuno-hac inscriptione: S. P. Q. R. CÆS. AVGUSTO QVOD VIÆ MVN. SVNT. [vide Ful. Urſini familias Romanas pag. 281.] Fuerunt & ſtatua variis locis cum in Vrbe, tum per prouincias, ob eam curam eidem Augusto poſita, ut Dio quoque reſtatur. Tale eſt illud monumentum quod hodieque Emerita in Hispania reperitur. IMP. CÆS. DIVI. F. AVGUSTVS. PONT. MAX. COS. XI. TRIBVNIC. POTEST. X. IMP. VIII. ORBE. MARI. ET. TERRA. PACATO. TEMPOLO. IANI. CLV-SO. ET REP. F. R. OPTIMIS. LEGIBVS. ET SANCTISSI-MIS. INSTITVTIS. REFORMATA. VIAM. SVPERIOR. COS. TEMPORE. INCHOATAM. ET. MVLTIS. LOCIS. INTER-MISSAM. PRO. DIGNITATE. IMPERII. P. E. LATIOREM. LONGIOREM QVE. GADEIS. VSQ. PERDVXIT. Caſaubonus. Extat cum talibus inter Inſcriptiones Romanas Gruteri, pag. 149.

Ibid. (h) Flaminia via] Viarum ſtraturam, tribus fabricarum Romanae Reipub. miraculis adnumerat Dionyſius Halicarnass, antiq. Rom. 3, 91. Ac Flaminie quidem via (cuius principium à porta Flumentana) auctorem C. Flaminium Cenſorem facit Epitome Littii lib. 20. fin. Strabo vero lib. 5. pag. 150, 47. C. Flaminium Conſulem, ſuperioris filium. Panuinius cenſet, à patre cœptam, à filio perfectam. Refecit atque reſtituit Auguſtus. Memi-nerunt præter alios Ouidius de Ponto 1, 9, 44. Martialis 4, 64. & 9, 58. Ab hac via, Gallia Togata regio Flaminia.

Ibid.

Templa refecta. S V E T . A V G . C A P . XXX.

Ibid. (k) reliquias triumphalibus viris ex manubiali] Hoc verius quam ut Dio ait, [lib. 53. pag. 585. E.] quibusdam è senatoribus: neque ex pecunia manubiali, sed propriis impensis. Casaub. Manubialis pecunia, de hostium manubiis confecta, deferebatur in Aerarium.

S. (m) ædes sacras &c. refecit] Vide inscriptionem lapidis Ancyrae. Ouidius Fastor. 2. 59.

Cetera ne simili caderent labefacta ruina,
Cauit sacrati prouida cura Ducas:
Sub quo delubris sentitur nulla senectus,
Nec satis est homines; obligat ille deos.
Templorum positor, templorum sancte repertor,
Sit superis opto mutua cura tui.

Versu penultimo puto legendum refector, non repertor. Luius 4. 20. 8.
Augustum templorum omnium conditorem aut restitutorem vocat.
Imitatus est hunc locum, ut alios multos, ex hoc praesertim libro, Eginhartus
de vita Caroli Magni. Præcipue tamen, ait, ædes sacras ubique in
toto regno suo vetustate collapsas comperit, pontificibus & patri-
bus, ad quorum curam pertinebant, ut restaurarentur imperauit.
Casaub.

Ibid. (n) cellam Capitolini Iouis] Dionysius Halicarn. 4. 69. & P. Vi-
ctor in descriptione Regionis VIII. tradunt, in templo Capitolino tres suis-
se cellas. (quæ ille omnes, hic Delubra, alii Sacella vocant) medium scilicet
Iouis, dextram Mineruæ, laevam Iunonis. Proinde scripsit Ausonius in
Grypho v. 42.

Trina in Tarpeio fulgent consortia templo.

De his adi Lipsum in Admirandis 3. 5. & Rycquium de Capitol. Rom. cap. 13.
& seqq.

Ibid. (o) sedecim millia pondo auri] Hæc estimatione nostra (que est
centum duodecim aureorum & semiis in singula pondo, si eius indicatura
aurum fuit, cuius extant Romana nomismata) duodenices centena aureo-
rum (coronatorum) millia valent. Budæus de Aſe lib. 3. pag. 126.

Ibid. (p) gemmasque aut margaritas] Manilius lib. 5. v. 509.

Hinc augusta nitent sacratis munera templis
Aurea, Phœbeis certantia lumina flammis,
Gemmarumque illi radiantes lucibus ignes.

S V E T . A V G . C A P . X X X . *Templa refecta.*

Vide Macrobius *Saturnal.* lib.3, cap.17. & que ad Manilii superiorem locum Iosephus Scaliger de harum gemmarum & margaritarum vsu adnotauit pag.456. Casaub. Autores his vocabulis fere sic vtuntur, vt gemma omnis lapillus pretiosus sit, margarita concharum partus. Iuris consulti vero gemmas esse volunt, quae pellucidae sint materiae, velut smaragdi, chrysolithi, amethysti: lapillos vero contrariae superioribus naturae, vt obsidiani, Veientani: margaritas autem nec gemmis, nec lapillis annumerant. l.15. de auro & argento legato. Sic Horatius carm.3. od.24. Gemmas & lapides, aurum & inutile. Et Plinius initio libri 37. gemmas violari signis, nefas ducebant. Id enim de pellucidis intelligo. Torrent. Marcellinus autem in fine libri 23. margaritas quoque gemmarum nomine donat. Distinxit tamen & Curtius 8,9,19. ubi de India: Gemmas margaritasque mare litoribus infundit. Accurate de hoc discrimine differit Salmastus in Exercitationibus Plinianis, pag. 1113. & seq.

Ibid. (q) quingenties lesteritiū] subaudiuntur ex consuetudine loquendi, centena millia: ea sunt duodecies centena & quinquaginta millia. Summa igitur vere Auguste donationis erat, tricies centena & quinquaginta millia (305000.) aureorum, quos Budaeus coronatis, Lipsius aliquique Philippicus equiparant.

*Miscellarum Questionum, ex hac Dia-
tribe disputandi materiam præben-
tium Syllabus.*

1. Examinandum in Dione pondus rationum Agripæ, quod reddere Rempub. Augustus debeat: & Mæcenatis, quod retinere, vtræ firmiores probabilioresque. 28, 1. a.
2. Num Poëtae quoq; politicas ad consultationes idonei. Ibid.
3. Magistratus vt differat à Senatu. 28, 1. c.
4. An Princeps rationes de redditibus Imperii reddere teneatur, vt ostendat, nil sibi propriæ queri aut insumi. 28, 1. d.
5. An in magistratu constitutus, etiam priuatus appellari queat. 28, 2. e.
6. Vox

6. Vox temere num heic eliminanda. 28,2. f.
7. Merito ne Bruti in occidendo Cæsare consilium à Seneca damnatum. 28,2. f.
8. Num quadantenus excusari possint istæ Stoicæ voices : an item à Tacito Finni propter securitatem adversus deos hominesque iure commendati. 28,4. l.
9. An Augustus fuerit Imperatorum primus , idque sufficienter ex his verbis probari possit. 28,4. m.
10. Quis genuinus sensus gloriationis Augusti, *marmoream* urbem se relinquere , quam *latericiam* acceperit. 28,5. q.
11. Num probandum sit in ciuibus, si *φιλοκίσαι*, ædificatores sint. ibid.
12. Vlla ne ratione humana prouideri possit, vt locus aliquis ab incendiorum inundationisque periculo tutus sit. 28,5. s.
13. Catonis dictum an probabile , *forum muricibus esse sternendum*: adeoque num recte, multiplicatis litibus, fora quoque multiplicauerit Augustus. 29,2. c.
14. Ordinarii iudices, an sorte lecti præstent. 29,3. g.
15. *Mutatorium Cæsaris* quid proprie. 29,4. l.
16. Bibliothecarum cura num Principe digna : & quid respondendum ad Senecæ de Tranquill. c. 9. locum contrarium. 29,6. q.
17. Incendii restinguendi cura publica, num antiquitus, an verò nostris temporibus maior atque sollerter. 30,2.
18. Incendii progressus an depreciatione magica sisti possit, aut debeat Ibid.
19. In cella Capitolina, Minerua Ioui dextra assistit, vixor Iuno sinistra. Num validum hoc sit argumentum opinioni Goropii Becani, sinistrum locum priscis honestiorum habitum existimantis: cum Lipsius in Elec̄tis 2,2. dextrum præferat. 30,5. n.
20. Templorum structuras magnificas, an vero veterem ad simplicitatem comparatas esse satius sit : an item thesauros in tēplis cumulandi cōsuetudo probanda. 30,5.

V. C. CHRISTOPHORI BE SOLDI IC.

Compendii Politici, Libri primi caput nonum, loco

Corollariorum adnexum.

1. Addenda nunc est alia diuisio Imperiorum ; qua quædam *Ab-*
soluta, quædam *Subalterna* dicuntur : illa extra suum Territorium su-
periorem non habent, ac ita nemini nisi immediatè Deo ; hæc alteri
vel populo, vel Principi subsunt.

2. Sicque Imperia subalterna, quo ad subditos, ferè absoluta ; &
eadem Dominorum superiorum respectu, non absoluta existunt.

3. Actalia sunt tributaria, vt & feudalia Regna ; ac quoque Status
in Imperio Germanico-Romano : qui in suis territoriis liberam, fe-
re que regiam potestatem habent ; Ius territoriale (vulgo die *Landis*
Fürstliche & *Brigite*) indigitatum.

4. Hocque respectu dici solet ; Imperii Ordines, ipsum Impera-
torem in territoriis suis repræsentare : quod tamen exceptis iis, quæ
Imperatori singulariter sunt referuata, intelligi debet.

5. Hique Status in tria consilia; Electorum, Principum, & Ciui-
tatum diuiduntur. Electores autem, vt & Principes; vel Ecclesiasti-
ci (Archiepiscopi puta, ac Episcopi) vel seculares sunt.


6. Principum nomine Archiduces, Duces, Palatini, Marchiones,
Landtgrauii, &c. comprehenduntur. Et his quoque immediati
Comites & Barones accedunt; vt & Prælati atque Abbatissæ; qui ta-
men omnes non viritim (vt Principes) sed curiatim, sententias dicūt.

7. Liberae Imperii Ciuitates, sessionem & votum in Comitiis, vt
& ius territoriale in suo districtu habent, quod & de Nobilibus li-
beris, nonnulli asserere audent.

8. Denique, quæ forma Reipubl. Ciuitati cuiquam optanda siet ?
discutiendum esse videtur. Ac quamvis alii, vnius Imperium, alii
multitudinis, quidam paucorum seu optimatum præferri velint :
Mihi tamen in thesi, mixta Reipubl. forma arridet ; vt potè in qua
integritati legum, iustitiaeque, pleniùs cautum esse videtur.

9. Si verò non simpliciter, sed in hypothesi, hanc rem dijudice-
mus : nullam tunc Reip. speciem, alteri absolute preferendam ; sed
vt populorū diuersi sunt mores, habitus atq; ingenia; alii ita genti, vel
vni genti diuerso tempore, aliam congruere puto Reip. formationē.

10. Et ita Reipubl. est, cùm benè ac iuste, id est, ad publicam com-
moditatem, siue ab uno, vel pluribus, ea geritur : at cùm ii qui præ-
funt, quisque ad suum collimat emolumentum, & Imperio ad pro-
priam abutuntur utilitatem ; iam vitiosa aberrans ye, imò cadauer est
Reipubl. non corpus.



EXIMIO IVVENI HIERONYMO HAIDIO.

DEcus iuventæ, magna proles patriæ,
Hunnisque maior & Scythis parentibus
Quorum manus mundi execrata est orbita:
Haidi, quies te docta Musarum iuuat
Et cura sacri, at impotentis otii,
Qui viribus tam mentis ignea vales
Quam barbara patres tui ferocia.
Non ense sanguinis rubente purpura
Donare longas posteris imagines
Conferre genti duco claritudinem;
Sed moribus præstare & albicantibus
Signare nomen calculis aut gloriā
Virtutibus probis cruentam vincere;
Quod tu facis, dum perpetis vita procus
Leges sepulcri, temporum cæcas vices
Et ordinem rerum voracem, faculi
Vires superbas aucuparis callide.
Sic semper antecedis etatem tuam,
Cum Casare Augusto imperas feliciter,
Nouisque Tranquilli æmulus scribis bene,
Obsessus undequaque prolixo agmine
Fama quod æterna invias calcat vias.
Gaudet Attilæ propago: nunc binominis
Potator Istri, potat & Permeßida:
Tuque hactenus nullo iacens culiu Scytha
Affurge, nunc Anacharsis hic est Haidius.

Benevolentie causa f.

Andr. Lucius.


52


DVibus his rationibus prudentiam
Adquirier testantur omnes : vel etenim
Per proprios casus , vel alienos iuuat
Discere quid in negotio quoquis graui
Seruare prosit. illa sed periculis
Referita , neque temere sequenda est alicui ;
Hæc facilior magis , nec vtilis minus.
Prudenter ergò facis amice H E R O N Y M E ,
Veterum quod adeò sedulò scripta relegis ,
Ex his enim tibi , quicquid exemplo probum
Prauumue mentes excitare altas valet
Ardore honesti , vel timore opprobrii ,
Haurire licet , amploque patriæ bono
Adhibere quondam. Perge sic feliciter ,
Meriturus omnium fauorem , gratias
Hungariæ , & æternum decus apud posteros.

Amoris fraternali causa f.

Michaël-Ioannes Moslehner.

F I N I S.





Österreichische Nationalbibliothek



+Z155596802

Vol. 1

Österreichische Nationalbibliothek



+Z155596905

Vol. 2

Österreichische Nationalbibliothek



+Z155597004

Vol. 3

Österreichische Nationalbibliothek



+Z155597107

Vol. 4

Österreichische Nationalbibliothek



+Z15559720X

Vol. 5

Österreichische Nationalbibliothek



+Z155597302

Vol. 6

Österreichische Nationalbibliothek



+Z155597405

Vol. 7

Österreichische Nationalbibliothek



+Z155597508

Vol. 8

Österreichische Nationalbibliothek



+Z155597600

Vol. 9

Österreichische Nationalbibliothek



+Z155597703

Vol. 10


Österreichische Nationalbibliothek



+Z155597806


Vol. 11

J. F. 3. (4.)




Österreichische
Nationalbibliothek

Digitale Services



MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K. K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

52. F. 3. (4)

